De Grangia de Ely. per talliam	90	4	
De Wynteworth	43	16	7
De terris in Dounham cum Piscar. de Thrittewere dimiss. ad firmam	6	11	4
De pensione ecclesie de Dounham		6	8
De Stunteneye	10		
De magno altari scilicet de visitacione viij*li.*, vnde recepit vj*li.* et non plus	6		
De feretris	21		
De altari ad crucem	8	11	
De ecclesia Beate Marie	6	12	2
De cruce ad fontem	5	0	0
De Boiis	1	10	1
De ecclesia Sancti Andree Cantebrig. dimiss. ad firmam	4		
De Tydbreye		15	9
De terris et tenementis in Meldeburne dimiss. ad firmam	5	6	8
Summa ccix*li.* xiiij*s.* iij*d.*			
De garbis Episcopi			
De Redd. ville de Ely	9	5	4
De Molendino de Wychford—nil quia Dns Prior detinet			
De Molendino equino			
De decima lini vend.		10	5
De lanis de decima de Ely vend.	1	19	2

	£	s.	d.
De lana de Wynteworthe De pellibus lanut. et pellec. vend. cum lana	4	8	7
De grangiis Cantebrigie			
De seldis Cantebrigie		10	
De Luca de Ouere de Elm		13	4
De seldis ad magnam ripam de Ely tempore Nundinarum			
De terre Matthei Cristien quam Thomas Sorel tenet cum tenemento in Tyd. Et Thomas Sorel debet vj*s.* viij*d.*		6	8
De Hakebeche pro ten. que Adam de Hipetoft tenet in Wysebeche		13	4
De Radulpho de Flete. nihil quia Prior detinet			
De Roberto filio Edmundi		2	6
De heredibus de Will. Malebranche scil. de Richeye			
De firma de Salle pro hoc anno et tribus annis sequentibus	20		
De firma de Lakengethe	1	16	
De Carewere		13	4
De Redd. de Waldethe de Suttone			11½
De corriis boum. nihil hoc anno			
De magno ponte cum prato	1	6	8
De decimis Molend. Episcopi		16	
De decimis molendini dudum Andree de Ely		6	8
De Redd. Sci. Botulfi		10	
De minutis decimis et oblacionibus	2	8	11
De decimis Piscacionum		19	2
De iurisdiccione pro testamentis probandis et correccionibus		2	6
De diuersis hominibus et legato in testamento suo ad nouam operacionem	1	1	8
De diuersis hominibus ex curialitate dat. ad dictam operacionem		13	10
De cereis dimissis		3	
De celerario pro minucione Fratrum	1	6	4
De Piscacione super calcetum		3	

Summa l*li.* xvij*s.* iiij*d.* *ob.*

Dona ad nouam operacionem

De Dno. Priore pro omnibus conuocacionibus conuentus hoc anno	6	13	4
De ecclesia de Suttone ad idem	20		
De ecclesia de Foxtone ad idem	25	6	8
De conuocacione infirmarie ad idem	5		
De Precentore ad idem	5		
De collecta Elyensis diocesis per Dnm. Episcopum concessa	3	11	0½

Summa lxv*li.* xj*s.* *ob.*

De executoribus Vicarii de Meldebourne pro firma per ann. habend.	1	6	8

	£	s.	d.
De Dno. Roberto de Insula pro quodam equo sibi vendito	4		
In eodem pro plumbo sibi mutuato tempore Fratris P. de Reche	2	8	9
De Radulpho Giffard pro oblacione	1		

Summa viij*li.* xv*s.* v*d.*

	£	s.	d.
Summa tocius recept.	cccxxxiiij—	xviij—	j.

Compotus Fratris Alani de Walsingham Sacriste de omnibus receptis et expensis suis in officio Sacristarie per eundem factis a festo Sancti Michaelis Archangeli anno Regni Regis Edwardi filii Regis [Edwardi a conquestu septimo decimo usque idem] festum Sancti Michaelis proximum sequens.

		£	s.	d.
	[In excessu Compoti] anni precedentis xliiij*li.* xvij*s.* v*d.*			
	Summa xliiij*li.* xvij*s.* v*d.*			
[Alloc.]	[In allocacione] tenementi ubi Johanna del Bray manet	13	4	
	In allocacione redditus tenementi W. Stapilhoe quia districcio non potest fieri			5
	Item in alloc. redd. tenementi Capellani maioris Ecclesie quia nichil soluit per annum	8		
	Item in alloc. redd. Capellani Parochialis minoris Ecclesie quia nichil soluit per annum	4		
	In alloc. mesuagii quondam Petri .. .. hoc anno	5		
	Item in alloc. mesuagii quondam Thome Capellani in Swatewislane	4		
Erased.	Item in alloc. mesuagii quondam Petri Finch hoc anno vj*d.*			
	Summa xxxiv*s.* ix*d.*			
[Solut. Redd.]	.. .. .. Bedello Episcopi pro redditu per annum	13	9	
	Item solut. Episcopo pro redditu terre in Dounham per an.	1	6	
	Item custod. Altar. Beate Marie pro redd. per annum			8
	[solut.] Monialibus Sce. Radigundis Cantebrigie per annum	1	4	
	Summa xvij*s.* iij*d.*			
[Expens. Dom.]	In expensis Familie domus ut in carne et piscibus preter staurum. videlicet .. .. quart. ij buss. frumenti furniati pro expensis domus. prec. quart. vj*s.* et xxxvij quar. .. .. brasii inde braciat. pro servientibus prec. quar. iij*s.*	..	..	..

		£	s.	d.
	Item iij quart. salis empt.		..	..
	Item .. .. empt. pro expensis domus		..	..
	Item .. .. de duris piscibus empt.		10	3
	Item in vj .. .. pro .. .. famil. domus		2	
	Item per vices empt. apud Sterisbrigiam		..	..
	Item in .. .. .. empt. pro familia domus et pro expensis autumpni		..	..
	Summa iiij*li.* xiij*s.* *ob.*			
Expens. Camere.	Item in expensis camere Sacriste cum expensis faciendi ceram per vices ut patet per [parcellas]	2		4
	Summa xl*s.* iiij*d.*			
Expens. Minut.	Item in expensis minutorum per viij vices preter staurum ut patet per particulas	2	4	2
	Summa xliiij*s.* ij*d.*			
Conuocatio Conuentus.	(no entry)			
Exhenn.	In quodam exhennio misso R. Giffard		3	
	In vj lagenis seruisie empt. pro exhennio misso Celerario			9
	In iij lagenis seruisie pro exhenniis missis sociis suis per vices			4¾
	In xxj lagenis vini empt. et miss. Dno. Priori et sociis suis per vices prec. lagene vj*d.*		10	6
	Item in servisia empta et missa Dno Priori			6¼
	In seruisia empta [et missa] sociis suis			9¼
	Item in xxxiiij lagenis vini empt. pro exhenniis missis. precium lagene ut supra		17	
	Item a festo Sci. Barnabe apostoli usque ad festum Sci. Mich. prox. sequens in exhenniis per vices		9	
	Summa xlj*s.* xj*d.* *q.*			
Pitanc.	In salmone empt. pro pitancia die Sce. Wythburge		12	10
	Item in Luciis aquaticis empt. pro pitancia tercia Rogacionum		11	
	Item solut. pro pitancia in vigilia deposicionis Sce. Etheldrede		11	
	Item eidem pro alio festo Sce. Etheldrede		11	
	Item eidem pro festo Assumpcionis Beate Marie	1	6	8
	Item eidem pro Anniuersario Eustachii Episcopi		13	4
	Summa iiij*li.* v*s.* x*d.*			
O et Olla.	(no entry)			
Cera empta.	In c. j quar. iij libr. et dimid. cere empt. prec. c. lij*s.*	3	16	7
	In tronagio et portagio eiusdem ex curialitate			5
	In cariagio earundem usque Ely		1	6
	Item in cc. et dimid. et xxvij libr. et dimid. cere empt. precium c. lv*s.* vj*d.*	7	12	4½
	In tronagio et portagio dicte cere			7

	£	s.	d.
In c. j quart. xxij libr. cere empt. apud Lenne per Dmn. prec. cent. xlviiij*s*.	3	9	6
In dimid. cent. cere empt. cum tronagio et cariagio	1	7	7½
In stipendiis facientium ceram per vices		3	2
Item in lichino empt. per vices		4	1
Item solut. Celerario pro cera sua		4	
Item Infirmario pro cera sua		4	
Summa xvij*li*. iij*s*. x*d*.			
Summa cere empt. D. di. liij libr.			
Cep. In iiij ways cepi liquentis empt. prec. weye xxiiij*s*. minus in toto xij*d*.	4	15	1
In tronagio et portagio eiusdem cum curialitate		1	5¼
In j weya et dimid. cepi liquentis empt. apud Ely	1	16	
Summa vj*li*. xij*s*. vj*d*. *q*.			
Species. Item in j quart. de amigdol. empt. apud Scm. Botolphum		4	
In iiij libris de Gyngibero		3	10
In dimid. libr. Galyngarum			5
In dimid. libr. de Croc. ij*s*. vj*d*. In j libr. de Popy j*s*. iiij*d*.		3	10
In ij libr. cimini iiij*d*. In vj libr. j quart. de szucra vj*s*. iij*d*.		6	7
In ij libr. de liquiryz ij*d*. Item quart. de Galofr. j*s*. ix*d*.		1	11
Item in j quart. de Cubibyz j*s*. viij*d*. In j quart. de macez x*d*.		2	6
In Poketis empt. de caneuaz pro eisdem trussand.			2
Item in j qr. de croc. empt. alia vice		1	6
Summa xxiiij*s*. ix*d*.			
Robe empt. Item in ij pannis integris empt. pro hominibus de officio	5	6	9
In dimid. pann. empt. pro Clerico		10	10
In j panno et dimid. pro garcionibus empt.	3		3
Item in j garniamento empt. pro garcione		1	10
Item in ij garniamentis empt. videlicet pro pictore et alio garcione		12	11½
Item in [tonsione] robarum		5	1
Summa x*li*. xv*s*. viij*d*. *ob*.			
unde pro cementariis ij robe prec. xxviij*s*. preter fururas pro nouo opere			
Bord. empt. Item in xx ciiij de hombre bord. empt. de Johanne de Helegeye pro muro juxta posternam cooperiendo prec. cent. viij*s*.		14	3
Item in vj. bord. de blokbord. empt. de eodem			7
Item in xx iiij. xj bord.		12	4
In cc de hombrebord. empt. cum cariagio		13	
Summa xl*s*. ij*d*.			

		£	s.	d.
Ferr. et Clau.	Item in mille clauis de lathenal empt.			9
	In mille de magna spikyng. empt.		3	
	Summa iij*s.* ix*d.*			
Custos Calcet.	In calcet. de Saham straminando cum Lesch. empt. pro eadem (*sic*)		14	7
	In v mille lesch. empt. pro calceto de Stunteneye straminando	1	0	11
	In calceto straminando de Ely usque Stunteneye		3	2
	In .. .. empt. pro batellis ad dictum calcetum			1½
	Item in ij hominibus conductis in auxilium Carpentarii per j diem pro calceto exaltando			3
	In calceto apud Stounteneye straminando cum lesch. empt. pro eodem		2	
	Item in ij hominibus per ij dies et dimid. pro calceto de Saham exaltando			11
	Item in capite j pontis emendando			3
	Item in c lesch. empt. pro calceto straminando		1	3
	In ij hominibus conductis per vj dies pro dicto calceto exaltando		2	
	In capite poncium exaltando		1	4
	Item alia vice in capite pontium emendando			4
	Item in capite pontium exaltando			8
	Item in stipendiis hominum straminand. calcet. de Saham et pro capite pont. exaltando		4	7
	Item pro calcet. de Stounteneye exaltando		1	2½
	Item quodam capite pontis emendando			2
	In capite pontis emendand. per vices		1	10
	Item in Calcet. de Stounteneye exaltand. et straminand.		2	3
	Item in hominibus et mulieribus conductis pro calcet. exaltand. et straminand. cum allocatione batellorum	1	3	8½
	In stipend. j carpentarii auxiliantis Johannem Carpentarium operantem super calcetum de Stunteneye per x dies capient. per diem j den. ob. ad mensam Dni		1	3
	Summa iiij*li.* ij*s.* ix*d. ob.*			
Custus domorum.	Item in stipend. j arundinatoris cum garcione suo ipsum deseruiente ad mensam Dni. per quindenam pro domibus in officio cooperiendis per loca		2	2
	In stipend. Henrici de Waltone operantis super dormitorium per j septimanam		1	6
	In stipend. garcionis sui ipsum deseruientis			8
	Item in stipend. j arundinatoris cum garcione ipsum deseruiente ad mensam Dni. per ij septimanas super dormitorium et super le Broung		1	1
	Item in stipend. cuiusdem arundinatoris cooperiend. domum in officio per j sept. ad mensam Dni.			10
	In stipend. j Garcionis sibi seruientis sine mensa			7
	In virgis pro le Broung			½

	£	s.	d.
Item in j domo prostrand. ubi Robertus Attewelle manebat		2	1½
In virgis empt. pro coquina			1½
In virgis empt. pro capella apud Chetisham			1
In j cooperatore conduct. pro capella de Chetisham cooperiend. per iij dies cum stipendio garcionis sui capient. per diem vj den.		1	6
In ij hominibus conduct. pro Carpentario auxiliando per vj dies capient. per diem iiij den.		2	
In virgis empt. pro garderoba			1
In stipend. cuiusdam cooperatoris conducti			5
In stipend. unius Carpentarii auxiliantis Joh. de Seynt Iuys pro domibus in villa reparandis de nouo per v sept. ad mensam Dni. [cap.] per sept. ix*d.*		3	7½
Item in coopertura et plastrura domus ubi Petrus Feych manebat		8	10
Item Johanni de Sco. Iuone Carpentario pro parte stipendii sui		11	0
Item in emendacione domorum ubi Willelmus Long manet in omnibus preter cooperturam		9	11
Dat. Johanni Carpentario ex curialitate			2
Item in expensis dictorum .. .. alia vice		11	3
Summa lviij*s.*			
Minut. Item in dimidio c. de caneuaz empt. (unde iv*s.* pro opere)		14	2
Item in pari flabellarum pro le Colpeyt empt.			6
In lx libris candele emptis		9	5
In predictis Candelis trussand. cum caneuaz et clauis			3¼
Item in uno doleo et iiij^or^ corbellis empt. pro Cepo et Candela imponend.		1	9¼
In fururis emptis pro Cementar. et Carpentar.		5	6½
Item in j Mappa empt. ad mensam Dom.			7
In j bend. ferri empt. pro patellis ligneis			2
In sacco corrio empt. pro officio			10
In Lx arboribus fraxineis pro officio cum cariagio		6	7
In capistris factis de correo pro palefrido			2
In mattis emptis pro doleis cooperiendis			3
In Barris ferri pro fenestris vitreis. de ferro dni.			2½
Item in doleis, cuuis, et aliis vasis emendandis			9
Item liberatum Fabro pro ferrura palefridi pro termino Sci. Andree		1	7
In j corda empta pro parua Campana in Choro			7
Item pro incenso bastardo viz. xxx libr. empt.		5	
Item in j tapeto empto		3	
In serura pro hostio Molendini empt.			2
In stipendio cuiusdam mulieris auxiliantis cocum pro exitu porcorum faciend. ad Lardariam		1	8
Item in serico et Sindone et card. empt. ad opus vestiarii		4	

	£	s.	d.
Item in supersingulis pro palefrido empt.			2½
Item fabro facienti ferrum ad fenestras vitreas et pro aliis vasis minutis in officio emendandis			11
In vasis coquine emendand. et circuland.			6
In xij virgis panni linei empt. pro corporalibus prec. virg. iiij*d.*		4	0
Dat. garcionibus furniantibus oblata pro stipendiis suis		1	3
In furnacione hostiarum pro parochianis ex consuetudine ij bus. frumenti hoc anno			8
In mundacione frumenti pro vestiario			6
Item fabro pro ferrura Palefridi de termino Pasch.		1	4
Item in oblacionibus dat. famulis Sacriste et diuersis operatoribus ad Natalem Dni. et ad Pasch.		3	10
Item in diuersis ferr. factis pro vitrario			5
In j Tapeto empto	3		
Item dat. lotrici ad Pasch.			6
Item in ij cuuis et j corbello empt. pro officio			9
In vj circulis empt. pro doleis et aliis vasis emptis			6
Item in ij lintheaminibus empt. pro hospicio		1	8
Item in iij peciis ferri fabricand. pro campanis emendand. cum emendacione j tripodis			7½
In j corrio equino empt. pro campan.		2	5
adhuc de minutis. Item in j cable empt. pro plumbario super magnum Campanile	10		
Item in ix libris Candele de Pariz empt.		1	5
In sound. empt. pro pictore			4
In consuetudine lotricis de termino Sci. Johannis Baptiste			6
In xvij virgis de Card. pro nouis ymaginibus cooperiendis		8	6
Item in j pari tenell. empt.			4
Item in Card. rub. cum filo rubeo empt. ad opus vestiarii			8½
Item fabro pro ferrura palefridi Dni. de term. Sci. Johannis		1	6
In serura cum claue empt.			1
Item in reparacione molendini equini per vj dies ad mensam domini			9
In j tancardo empt. pro hospicio			4
In diuersis vasis emendand. in officio cum circuellis empt.		1	2
Dat. Johanni Carpentario ex curialitate			2
Item in uno cribro empt.			4
In ix libris de stagno empt.			9
In ij bordis emptis pro molendino faciendo			5
Dat. diuersis operariis in hospicio Sacriste et extra in villa Carpentar. Cooperator. Triturator. et aliis laborantibus ex curialitate dni. Sacriste per vices ut patet per particulas		7	4

		£	s.	d.
	Item dat. pulsantibus campanas pro anima fratris Willelmi de Fordham			1
	Item in Elemosina	2	4	
	Summa vij*li.* xix*s.*			
	unde pro nouo opere ix*s.* vj*d.* *ob.*			
Species Conuentus Staur.	Item in speciebus conuentus ex gracia	7	16	
	Item in capis Sacriste et socii sui	1	6	8
	Item vicario suo		10	
	Summa ix*li.* xij*s.* viij*d.*			
Vadia.	Item in vadiis Johannis Vitrarii operantis per Lj. septimanas continue. viz. per septimanam xx den.	4	5	0
	In vadiis Johannis Pictoris cum auro et argento et card. et pro aliis rebus emptis pro pictura ymaginis magni cum stipendio unius garcionis auxiliantis	3	4	11½
	Et dat. eidem ex curialitate dni. per vices		2	6
	Summa vij*li.* xij*s.* v*d.* *ob.*			
feod.	Magistro H. de Thrippelowe pro feodo suo	1		
	Item Capellano Marescalli	3	6	8
	Item Aurifabro per ann.	2		
	Item Aurifrixario	1		
	Item Johanni de Helegeye	1		
	Item clerico Sacriste pro compoto faciendo		10	
	Summa viij*li.* xvj*s.* viij*d.*			
Stipend. maiorum familiorum Ecclesie et famul. Sacristarie.	In stipendio Henrici et Roberti Seruientium Ecclesie per annum ex conuencione	4		
	Item in stipendio Johannis de Sco. Iuone Carp. ex conuencione per ann.		13	4
	Item eidem ex curialitate quia multum laboravit		2	
	Item in stipendio cuiusdam auxiliantis Plumbarium		1	
	Item in stipend. coci furn. et brac. et lardar. fac.		6	8
	Item in stipendio cuiusdam clauigeri per annum		3	4
	In stipendio palefridarii		3	4
	In stipendio Roberti pictoris		5	
	Summa cxiiij*s.* viij*d.* unde pro nouo opere x*s.*			
Stipend. minorum Seruientium Ecclesie.	In stipendiis vj famulorum ecclesie de consuetudine per annum	1	1	0
	Item pro campanis et gutteris custodiendis per annum		4	
	In custodia Orologii nichil.			
	Item pro cressetis fact. per annum		3	
	Item pro ecclesia mundanda et aqua portanda ad pasch.		2	
	Item pro dracone et capella portand. tempore Rogacionum			3
	Summa xxx*s.* iij*d.*			

	£	s.	d.
Decima Soluta. Decima Dni. Regis pro ij terminis decime biennalis	14	3	4
Item eidem apud. Lincoln. pro ij terminis		1	
Item pro acquietancia			4
Summa xiiij*li.* iiij*s.* viij*d.*			
Expens. forinsc. In expensis Sacriste versus Nundinas Sci. Botulphi pro robis, cera, cepo, et aliis rebus necessariis ibidem emend. et cum conduct. Batelli	1	1	6
Item in expensis Sacriste et sociorum suorum versus Synodum post festum Sci. Luce Euangeliste cum conduct. batelli preter staur.		5	½
Et Elemosinario, feretrario, vestiario, socio Sacriste et tesaurario ex consuetudine		18	4
Item in expensis Sacriste euntis apud Meldebourne ad superuidend. terram Brice		1	8
Item dat. famulis Episcopi ad Bertone ad Natalem Dni.		2	
Item in expensis Dni. versus Wysebeche ad loquendum cum domino Episcopo		4	2¾
Dat. Johanni Carectario ex curialitate		2	
Item in xliiij lagenis vini empt. pro altare prec. lagene vj*d.*	1	2	
Item in xvij lagenis vini empt. pro communicacione utriusque parochie ad festum Natiuitatis Pasche et Pentecostes prec. lagene ut supra		8	6
Item in expensis Sacriste et Sociorum suorum euntium apud Sinodum post festum Sce. Trinitatis cum conductione batelli preter staurum		6	3
Item dat. Balliuis Dni. Hugonis le Despenser de Saham ex curialitate		5	4
Item in expensis Sacriste euntis versus Lakynghethe			6
In expensis unius garcionis euntis apud London pro defensione terre Brice in Meldebourne		1	
Item in expensis Sacriste euntis apud Londoniam ad loquendum cum Dno. Episcopo		13	2¼
Dat. ex curialitate Will. Palfredario		1	
Item solut. Elemosinario pro Eustachio Episcopo	1		
Item eidem pro Sinodo post festum Sce. Trinitatis		5	
In expensis Dni. et suorum versus Lenne pro rebus necessariis ad officium emendis		10	5¾
Item dat. cuidam Notario pro quodam instrumento ad .. .. .. iurisdictionis faciendo		3	4
Item in uno garcione conducto eunte cum quadam litera post (?) Magistrum Thomam Carpentarium pro opere			6
Item in xlix lagenis vini empt. pro altari prec. lag. vj*d.*	1	4	6
In expensis Dni. circa cariacionem meremii ex curialitate dat. Balliuis Cantebrigie. Dat. Balliuis Cantebrigie (a note in the margin)		8	10¼
Alia vice pro maxima causa viz. pro eodem (?)		5	10½
Item dat. cuidam de Londonia ad ordinand. nouum opus		3	4

	£	s.	d.
Item a festo Sci. Barnabe Apostoli usque ad festum Sci. Michaelis in vino empto pro altari		17	
Summa x*li.* xj*s.* v*d.*			
unde pro nouo opere xx*s.* vj*d.* *ob.*			
Item dat. Seruienti Grangie pro expensis antiquis et pro auena emenda			
Summa xj*li.* xiij*s.* viij*d.* *ob.*			

Summa omnium summarum predictarum

£	s.	d.
xx		
ciiij	—	—

s.	d.
xiiij	iij. ob.

unde pro nouo opere

Custus Noui Operis.

		£	s.	d.
Petra empt.	In petra empt. pro nouo opere de Roberto ut patet plenius per particulas	20	15	4
	Item in petris empt. de Petro de Kedenot ut patet per particulas	5	1	3
	Item in diuersis petris empt. de Petro le Schymer (in duplicate Schynner) ut patet per particulas	6	6	2½
	Item de diuersis petris empt. de Petro Belle	1	8	4
	In stipendio cariant. petras de Barnak cum curialitate data cementariis et operariis in Ecclesia per vices ut patet per particulas		17	5
	Summa xxxiiij*li.* viij*s.* vj*d.* *ob.*			
Calc. empt.	Item in Lxv iij qrs fother calc. empt. et xix buss.	4	12	9¼
	Item in arena fodienda		1	6½
	Item alia vice in c. et dimid.....		1	6
	Item Granup pro arena fodienda			7
	Summa iiij*li.* xvj*s.* iiij*d.* *ob.* *quad.*			
Minut.				
	In expensis Henrici de Eccles. euntis apud Bernewelle pro cariagio meremii supervidendo		1	0½
	Item in homine per unam septimanam conducto ad mensam Dni. pro Gabla versus chorum emendanda			9
	In emendacione vasorum pro cementariis			7

	£	s.	d.
In quodam carro de nouo facto pro meremio cariando		6	10
In rotis pro carro faciendis de ferro Dni.		5	3
In ferramentis cementariorum Sacriste ponend. et acuend. cum acero		1	5
In ferramentis cementariorum Episcopi ponend. cum accer. et acuend.			6
Item in L cleyis empt. pro le stagyng		8	1½
In virgis empt. pro steyrings		1	0½
Item in uno homine conducto ad auxilium carrect. petr.		1	8
In slyngg emendand.			2
In seruisia empt. pro cariagio meremii			6½
Item in uno cribro emendand. pro cementariis			1
In xxiij arboribus de sapin empt. pro stagyngg	2	8	
In cariagio et portagio eorundem		4	11
In meremio empt. pro nouo opere apud Bernewelle		15	9
In cariagio eiusdem usque Ely		5	1
Item in vj arboribus quercinis empt. cum cariagio		12	
In una c. parv. bord. empt.		4	3
In c. et dimid. bord. empt.	1	5	
In cariagio meremii empt. apud Chykissand, de Bernewell usque aquam et de aqua usque Ely et usque ad cimiterium	2	16	
Item in le Bosse emendand.			1
In cirotecis empt. pro cementariis			11
In le Slyng emendand.			2
In virgis empt. pro Steyryng. cum cariagio		1	10
In securibus et diuersis ferramentis cementariorum Sacriste acuendis et ponendis		2	2
In securibus et diuersis ferramentis cementariorum Episcopi acuendis et ponendis		1	1
In stipendiis Roberti le Sauyer carpentarii auxiliantis ad cooperturam Angulorum per duas septimanas ad mensam Dni.		1	8
In vitro empt.		10	
In a different hand. Item dat. ex curialitate Nuncio Epi (Norwicensis) deferenti		2	
Item in potacione cariantium meremium ad ripam castelli			4½
Item in uno corrio equino empt. pro le Slyngg		1	4
In virgis empt. pro Steyringgs cum cariagio		3	2¾
In duobus hominibus conductis per duos dies et dimid. pro petra cariand.			10
In stipend. cuiusdam garcionis auxiliantis plumbarium per unam septimanam		1	
In stipend. Magistri Thome carpentarii auxiliant. pro cariagio meremii apud Bernewell et Ely et comorant. ibidem pro postis de nouo leuandis ad mensam Dni. per iiij sept.		5	
In stipend. cuiusdam alterius carpentarii per predictum tempus		4	

	£	s.	d.
Item in cirotecis empt. cementar.			8
In stipend. pro diuersis ferramentis ad nouum opus et ad nouam Rot.			9
In vas. lign. cementario emendand.			8
In factura le Slyngg.			1
Item in cirotecis cementariorum empt.		1	
Item in tribus skeppis empt. pro nouo opere			2
In emendacione Slynggs			1
In virgis colligendis pro nouo opere			2
In securibus et aliis ferramentis cementar. Episcopi ponend. et acuend.		1	5¼
In j cable empt. pro nouo opere		8	6
In tribus ferruris et securibus empt. pro cementar.		1	7
In iij garbis aceri empt. pro ferramentis cementariorum		2	1½
In tribus garbis empt.			5
In xxvj magnis peciis ferri empt. prec. pec. iiij*d.*		12	5¾
In virgis empt. pro steyryngs			7¾
In expensis carpentarii euntis ad nundinas de Reche pro meremio emend. ad nouum opus			6½
In serura empt. pro hostio domus Calc.			1
Item in le bosse emend.			1
In expensis carpentarii euntis apud Bernewelle pro meremio emend.			6
In j cable empt. pro nouo opere		10	6
In diuersis ferramentis pro nouo opere		1	
In virgis pro Steyringgs empt.		1	4½
Item in j homine conducto in auxilium pro petra et calce cariand. per v dies			6¼
In uno tribulo empt.			1½
Item in iiij arboribus quercinis empt. apud Bernewelle cum cariagio		8	
Only legible in B. Item in meremio empt. ad nundinas de Sterresbrigge	4	9	
[.....secur. Epi. pro cementariis xix*d.*			
Addition in B. Item in tribus garbis aceri empt. pro ferrament. cementar. ij*s.* j*d. ob.*]			
Summa xviij*li.* xviij*s.* ij*d. q.* (*sic*)			
Stipend. cementar. In stipendio Magistri Johannis per ann. preter vadia sua	2		
In stipendiis diuersorum cementariorum ut patet per particulas cum potacione eorundem in estate	47	11	5
In diuersis operatoribus conductis pro nouo opere ut patet per particulas	7	14	0½
Item in stipendio cuiusdam cementarii per ann.	3		
Summa L*xli.* v*s.* v*d. ob.*			
In stipendio cementar. et diuersorum operatorum super nouum murum ut patet per particulas	3	10	2
In stipend. duorum operatorum fodientium in cemeterio			7½

	£	s.	d.
In stipendio fabri pro gumfis faciend. de vj peceis ferri.....noui muri		1	3
In xv bordis de Rogold empt. cum cariagio		5	8
In.....tegulis empt. cum cariagio ad nouum murum		11	

Summa iiij*li.* viij*s.* viij*d.* *ob.*

Recept. Fratris Alani de Walsingham sacriste Eliensis Ecclesie anno [regni regis] Edwardi filii regis Edwardi septimo decimo.

From Roll B.	De Grangia de Ely	[torn away]		
,,	De Wynteworth			
,,	De terra in Dounham cum piscario in Thryttewere dimiss. ad firmam			
,,	De pensione ecclesie in Dounham			
,,	De Stunteneye			
,,	De magno altari, scilicet de visitacione			
From Roll A.	De feretris	34		
	De altari ad crucem	13	12	
	De ecclesia beate Marie	7	7	3
	De cruce ad fontem	5	15	10
	De Boiis	2		
	De ecclesia Sci. Andree Cantebr. dimiss. ad firmam	4		
	De Tydbreye	2	3	6½
	De terris et tenementis in Meldebourne dimiss. ad firmam	5	5	8

Summa ccxx iiij*li.* vij*s.*

De Garbis	nihil quia Episcopus detinet			
De Redd. ville de Ely		9	5	4
De molendino de Wicheford nihil quia Prior detinet				
De molendino equino nihil quia...				
De decima Lini vendita			12	4
De Lana vend. de decima de Ely		2	8	4
De lan. vend. de Wynteworth } De pell. lanit. et pellec. vend. }		4	8	
De Grangia Cantebrigie			..	..
De Seldis Cantebrigie			10	
De Seldis ad magnam ripam de Ely tempore Nundinarum			11	
De Luca de Ouere in Elm				
De terra Mathei Cristen quam Sorel tenet			6	8

	£	s.	d.
De tenementis in Tyd.		10	
De Hakebeche pro tenemento quod Adam de Hipetoft tenet in Wysebeche		13	4
De Radulpho de Flete nihil quia Prior detinet			
De Roberto filio Edmundi		2	6
De heredibus Willelmi Malebranche		3	
De firma de Salle nihil quia solutum est in anno precedenti			
De firma de Lakynggth		..	..
De Carewere		13	4
De Redd. de Walbeche in Suttone			11½
De corriis boum		..	..
De Magno Ponte cum prato	1	6	8
De decimis Molend. Episcopi		16	
De decimis Molend. dudum Andree de Ely		6	8
De Redd. Sci. Botulphi	3		
De minutis decimis et oblacionibus	..	6	11
De decimis Piscacionum		13	1
De Jurisdiccione pro testamentis probandis et correctionibus		10	
De diversis hominibus ex legato in testamento suo ad nouam operacionem		..	
De diversis hominibus ex curialitate dat. ad dictam operacionem		..	
De cereis dimiss.		2	
De Celerario pro minucione fratrum	1	3	6
De Piscacione Calcet.		3	6

Summa xxij*li.* x*s.* v*d.* *ob.*

[From Roll A.]

Dona ad nouam operacionem.

De Priore pro residuo Ecclesie de Wysebeche	5		
De Elemosinario	13	6	8
De Pitanciario	16		
De Infirmario pro conuocacione pro O.	6	13	4
De Precentore pro eodem	5	19	1
De Camerario pro O.		13	4
De Pitanciario pro O.		13	4
De redditu Cancellarie per talliam contra J. de Huntedone	2	14	

Summa L*li.* xix*s.* ix*d.*

De Dno. Episcopo de Norwic.	13	6	8
De fratre Nicholao de Copmanford ex curialitate		8	
De fratre Rogero de Stiftede		1	6

	£	s.	d.
De executoribus Simonis Saleman	1		
De extraneis per vices		1	6
De collecta in Diocesi Eliensi per Dnm. Episcopum concessa	2	10	

Summa xvij*li.* vij*s.* viij*d.*

	£	s.	d.
Summa tocius recept.	xx cciiijv	iiij	x. ob.

[From Roll B.]

[The remainder of the Roll (A) which should give the Summa Summarum is totally illegible.

The summary at the foot of Roll B can only be partially deciphered, as the middle portion of the parchment has been destroyed, and the pieces which are pasted on paper are dislocated.

The general finance of the year, brought out from different parts of the Rolls, is given in the introduction to Roll iv.]

[Compotus Fratris Alani de Walsingham Sacr]iste Elyensis de omnibus receptis et expensis suis a [festo Sci. Michaelis anno regni Regis] E. xix usque ad festum Sci. Michaelis proximum sequens.

[In excessu Compoti] anni precedentis cxvj*s.* xj*d.* *ob.* *q.*

Summa cxvj*s.* xj*d.* *ob.* *q.*

		£	s.	d.
[Solucio Redd.]	[Ballivo] Dni Episcopi per annum		13	9
	Item solut. Episcopo pro redditu terr. in Dounham per an.		1	6
	Item			1
	Item solut. Monialibus Sce. Radigundis Cantebrig.		1	4
	Item solut. ad festum .. .. pro seldis de novo perquisitis infra nouum murum Sacristarie	..	..	..
	Summa xix*s.* ii*d.*			
	.. .. reddit. .. .. Hen. de Stapelho quia districcio non potest fieri			5
	In allocacione Redditus		8	
	Summa viij*s.* v*d.*			
[Allocat.]	[In allocacione] tenementi ubi Iohanna de Bray manet		13	4
	In allocacione tenementi Capellani Maioris Ecclesie		..	..
	In alloc. redditus ten. Capellani Ecclesie Beate Marie quia nihil soluit per annum			
	[In alloc.] mesuagii quondam Thome Capellani in Swalewislane quia non potest ad plus dimitti per an.		3	
	Summa xxviij*s.* iiij*d.*			
	[2 lines illegible] Summa Lxx*s.* xj*d.* *ob.*			
[Expens. Cam.]	.. .. ..		..	..
	.. .. .. vices in expens. autumpni	2	19	4¼
	Summa lix*s.* iiij*d.* *q.*			

		£	s.	d.
[Minut.]	In expensis minutorum per ix vices preter staurum ut patet per parcellam	2	0	0¼
	Summa xls. *qu.*			
[Conuoc. Conuen.]	[In conuocacione] conuentus nichil hoc anno quia pro noua fabricacione			
[Exhen.]	In auculis et aucis preter lupos aquaticos		9	6
	.. .. ..		..	..
	Et in exhenniis missis Dno Priori	..	5	3
	Item in ternis		3	7¼
	Summa .. .. .. iiij*d.* *qu.*			
[Pitanc.]	.. .. de Sce. Etheldrede		11	
	Item eidem pro alio festo		11	
	Item in Salmon empt.		1	1
	In lupis aquaticis empt. pro pitancia feria tercia rogacionum	..	5	4
	.. .. .. die assumpcionis Beate Marie	1	6	8
	Item solut. eidem pro anniuersario Eustachii Epi.		13	4
	Summa iiij*li.* xiiij*s.* vij*d.* *ob.*			
[O et Olla.]	.. .. .. Dni. Prioris et Conuentus		8	4
	Summa viij*s.* iiij*d.*			
[Cera empt.]	[In c]xix libr. cere empt. apud Lenne cum tronagio et portagio. prec. c. xlv*s.* iiij*d.*	3	16	2½
	Item .. .. .. viij*s.* iij*d.* prec. c. xlvj*s.*	..	8	3
	In cariagio et portagio ejusdem			5½
	Item in xliij .. .. empt. prec. ..	..	..	8½
	In lichino empt. per vices		6	5¾
	In stipend. faciencium ceram per vices	..	..	..
	Solut. Celerario et Infirmario pro annua cera eorum		8	
	Summa xij*li.* xj*s.* ij*d.* *q.*			
[Cep. empt.]	.. .. .. empt. Apud Sm. Botolphum	4	3	6½
	Item in dimid. c. et vij libris Candel.	..	..	..
	In cariag. portag. et trussag. eiusdem cum j doleo ij skeppis et ij ulnis caneuas.		3	5½
	Summa iiij*li.* xv*s.* ij*d.* *ob.*			
[Species.]	.. .. .. Gingiber .. .. Galingal empt. iiij*s.*		..	..
	In j libra croci empt. iiij*s.* vj*d.* Item in j lb. de .. .. iij*s.*		7	6
	Item in xij lbs. et j qtr. de sucre empt.		11	9
	Summa xxviij*s.* vij*d.*			
[Roba.]	In vj pann. empt.	2	13	4
	In pann. empt. pro clericis	1	6	8

	£	s.	d.
In j pann. et dimid.	..	..	..
In j garniamento empt. pro garcione coquine		5	7
Pro tonsione predicti panni	..	..	..
.. .. .. auxiliantibus ad nouos muros hoc anno		6	1½
Summa vij*li.* xix*s.* vij*d.*			
Ferr. Clau. .. .. .. empt. pro officio per vices		3	7
In M de magnis Spykyng empt. pro reparacione Pontis			4
In .. .. de eadem Spykyng		..	..
Item .. .. de eadem Spykyng empt.		3	4
.. .. .. de lathenail empt.		..	4½
Summa xxv*s.* v*d.* *ob.*			
[Bord.] .. .. .. empt. apud Lenne cum cariagio	1	4	
In ij .. .. de Esctrich bord. empt. cum cariagio		..	
In xxiij .. .. .. bord. empt.		1	5¼
In sparris sapineis empt.		5	3
Summa			
[Custus calcet.] In .. .. .. ad mensam Dni pro reparacione magni Pontis		..	9
In diuersis .. .. .. Et ferro empt. ad eundem		2	
In j serura empt. ad eundem			2
In calcet. .. .. ad ripam castri.....		9	2
In fossis emendandis circa pratum ad magnum pontem		7	
In xlij perticatis foss. faciendis .. .. pont. per perticatam j*d.* *ob.*		15	6
In j foss. faciend. a magno ponte usque ad		..	..
In j vanga empt. pro calceto			3
Item in .. .. lesch. .. .. calcet. de Saham et Stunteneye straminand. per vices		11	
In custodia		..	..
In batello .. .. pro calceto reparando		8	1½
Summa iiij*li.* x*s.* vj*d.* *ob.* *q.*			
[Custus domorum.] In ij M. [rosc. pro] dormitorio et le Bougre reparandis prec. M. ix*s.*		18	
Item in M. rosc. empt.		..	..
In.....in officio.....		..	..
In V M. rosc. ad easdem.....		..	..
.....pro.....necessaria in sacristaria reparanda ut patet per parcellas	1	6	10
Item.....Carpentarii....in boueria de.....crestatione	..	..	..
.....in domibus ibidem in parte.. in parte....cum argil. fabricat.....cum clauis ad easdem empt.		17	10
Item in muris ibidem.....		2	2
Item.....ten. ubi Longe Will manet...et in aliis domibus ibidem reparand. coperiend. in parte cum lesc.... argil. cum clauis ad easdem empt.		15	
Item in fenestris in Camera Dni. .... ferramentis...	..	..	..

	£	s.	d.
In stipend. eiusdem vitrarii facientis fenestras vitreas ad eandem per ij septs.		..	..
.....empt. apud Lenne		2	
Item in.....			
...cariagio et portagio eorundem		..	..
.....petra fodienda apud le pali pro novis muris faciendis		16	
In viij M. tegularum empt. apud Wysebeche cum cariagio	1	10	
In .. foth. petre empt. pro muro faciendo in cimiterio prec. foth. xx*d.*		15	
In stipend. cementar. et operar. super dictum murum		..	..
Item in calce empt. pro muro in Sacristaria per vices ad diversa precia ut patet per parcel.	1	2	5
[In stipend.] operariorum viz. operantium.....una cum camera lapidea in angulo de novo edificata, ut patet per parcellas	..	..	..
.....cimiterii		3	4
Dat fodienti in arena apud le pali ex curialitate		..	6
Dat.		..	..
Dat.		..	10
Dat cementar. super murum in camera predicta cum archag. et potacione ex curialitate		..	..
.....barris ferri pro diversis ferramentis de ferro Dni. pro predicta camera		5	5½

Summa xvij*li.* x*s.* vij*d.*

[Minut. Expens.]

In .. .. mazer officii reparand.			9
In iiij duodenis diversorum vasorum empt. pro domo et camera			10
Item in minutis .. .. reparand. et emendand.		1	1½
Item in emendacione diversorum vasorum cum liga-minibus ferreis de ferro Dni.			6
.. .. de sapino pro j skala facienda			3
Item in ij vangis empt. pro officio			4
In lesch. emp.		10	1
In .. .. .. empt. ad eundem		1	1
Item in L .. .. .. factis pro fenestris Camere Sacriste	..	..	..
In .. .. .. Item in .. .. facto de ferro Dni pro officio	..	..	..
In minutis ferramentis factis pro fenestris	..	..	..
Item in .. .. .. Campanis trussand. de ferro Dni.		1	6
In selisskymys empt. ad easdem		4	
In stipendio j fabri emendantis iiij .. .. .. et aliis minutis .. in officio de ferro Dni. ad mensam		2	
In j clave empt. [pro m]agno campanil.		..	
.. .. serura offic. per vices			11½
In j vertinello de novo facto pro hostio locutorii et j barra .. .. fact. de ferro fabri			11½

	£	s.	d.
In j clave empt. .. .. In .. .. .. empt. pro fonte conventus		..	..
In .. .. vestiariis		..	
In magna lucerna de claustro emendanda			4
In .. .. .. empt. pro minutis rebus in officio		2	7
In diuersis rebus .. .. .. cord. trussandis et usque Ely cariandis		1	3
In xv peciis ferri empt.		3	7
In Lv libris de sclats empt.		14	7
In xxv libris stagni empt.		4	7
In carbonibus empt. hoc anno nichil			
In mattis emptis pro aula sacriste			2
Item .. .. .. capitulo		9	10¼
In fossis apud Tydbreye mundand. et de novo faciend.	..	..	..
.. .. .. temporis ex curialitate et dat fossatoribus per vices ut patet per parcellas	..	..	..
Dat. Sartor			5
In percameno et cera pro sigill. et aliis empt.		2	
.. .. ..		1	2
In capistris empt.			3
In .. .. .. empt. pro palefrid. cum trituracione eorundem		4	6
.. .. ij*s.* v*d.*½. In pane empt. pro eisdem per vic. vi*s.* iij*d.*		8	8½
In xiij quart. iij .. .. eorundem per vices cum cariagio	1	10	4
In ferura eorundem per iiij^ov^ terminos anni		7	10½
.. .. .. et grangie ad Natal. et Pasch.		3	8
Item solut. lotrici per annum		2	
Solut. .. .. .. auxilianti cocum pro exitu porcorum et bidentium faciendo		1	4
It. solut. vestiariis pro Eucharistia .. .. .. parochianorum hoc anno		1	
Item solut. vestiariis pro mundando frumento ex consuetudine			6
.. .. .. principio Quadragesime et operant. usque in diem dominicam in Passione ex consuetudine		1	
Item		1	2
Et solut. aurifrixario pro allocacione domus sue		6	8
In capis Sacriste et socii sui	1	6	8
In botis yemalibus emptis pro eisdem		4	
Item solut. vicario sacriste		10	
In j sella et j freno de novo empt. pro Sacrista		10	
Item in aliis frenis emptis cum emendacione veterum sellarum		3	
Dat. garcioni de stabulo ex curialitate [per] vices			3
Dat. trituratoribus per vices			8
Dat. famulis de Bertone ad Natalem ex Curialitate		2	

Summa xxj*li.* xj*s.* viij*d.* *ob.*

In stipend. cuiusdam hominis reparantis molendinum equinum per vices ad mensam Dni.			11

Summa xj*d.*

		£	s.	d.
[Gracie.]	In speciebus conventus ex gracia	8	14	
	Summa viij*li.* xiv*s.*			
Staur. empt.	In j palefrido empt. ad Nundinas de Wynewaloi	6	17	1
	Summa vj*li.* xvij*s.* j*d.*			
Selde empte. x li. xvij s. xi d.	Infra Sacristariam una cum selda Aurifabri preter custus murorum lapideorum et domorum inibi de novo constructa	[10	17	11]
	In j selda empta de Bartholomeo de Bradefeld Alicia Uxore eius Willielmo le Say et uxoris (*sic*) eius	3	7	10
	Item in j alia selda empta de Nicholao Carpentario uxore eius et filio uxoris eius. preter ij tunicas datas eisdem ex curialitate	3		
	Item solut. Galfrido de Hadenham Mercatori pro iure quod habuit in quadam selda apud le Stepil ad terminum vite. in partem solucionis pro tercia selda	2		
	Et in j nova selda ibidem edificanda et in excambium data Galfrido del Sartryn pro dicta tercia selda	2	3	1
	(preter meremium. bord. ferrum clavos plumbum pro goteris et calcem pro tegulis precii xliij*s.* ij*d.* et preter mensam ij carpentariorum per viij septimanas precii xij*s.*)			
	Solut. Radulpho de Tilneye pro j domo allocata ad usum Galfridi del Sartryn xxiij*d.*		1	11
	Item Alicie Tylli pro quadam domo locata ad opus dicti Galfredi a Nativitate Beate Marie usque ad Natalem Domini		8	
	Summa xj*li.* . x*d.*			
feoda.	Solut. Magistro Henrico de Trippelowe pro feodo suo	1		
	Item capellano Marescalli	2	13	4
	Item Aurifabro per annum et nichil plus quia .. .. de liberacione Sacriste	2		
	Item aurifixario	1		
	Item Iohanni de Helgeye	1		
	Summa vij*li.* xiij*s.* iiij*d.*			
Stipend. maiorum Serviencium ecclesie et hospicii.	In stipendiis Henrici et Roberti serviencium Ecclesie ex consuetudine per annum	4		
	In stipendio Simonis Plumbar.	1	16	8
	In stipendio cuiusdam garcionis auxiliantis sibi pro parte		8	8
	In stipendio Iohannis Carpentarii	1		
	In stipendio j Clauigeri		6	8
	In stipendiis Coci et Braciatoris		6	8
	In stipendio Palefridarii		5	
	In stipendio I. de Crishale		3	4
	Summa viij*li.* vij*s.*			

		£	s.	d.
[Stipend. minorum serviencium.]	.. .. Ecclesie per annum ex consuetudine	1	1	
	Item pro Campanis et gutteris custodiendis per annum		4	
	.. .. ..		3	
	Item custod. Orolog. nihil quia non habetur			
	Item pro Ecclesia mundanda et aqua portanda		..	
	.. .. pro dracone et Capella portand. tempore Rogacionum			3
	Summa xxx*s.* iij*d.*			
[Decime.]	.. .. .. Dno. Regi pro recognicione tenement. pertinent. ad Sacristariam in Ely de Vacacione J. de Ketene		14	6
	.. .. Nunciis Dni. Pape venientibus in Angliam pro quadrante de marca		4	5¼
	Item eisdem redeuntibus in Anglia .. .. .. pro quadrante de xl*s.*		..	..
	Summa xx*s.* v*d. q.*			
[Vinum.]	.. .. .. pro Communione parochianorum utriusque Ecclesie et diuersorum capellanorum ad Natalem et Pascham et remanet .. .. .. j dolei		3	13
	Item in xv lagenis et dimid. et j quart. prec. lagene vj*d.*		7	10½
	Summa iiij*li.* x*d. ob.*			
Expens. forinsc.	In expens. Sacriste euntis apud Dodingtone pro crismate querendo preter staurum		1	3
	In expens. eiusdem euntis ad Nundinas	..	..	7¾
	In expens. eiusdem euntis ad Nundinas Sci. Wynewaloi cum conductione batell. et carectarum preter staurum	..	..	..
	In expens. Simonis seruientis cum iij equis ad Nundinas Sce. Fidis		6	5
	Item in expensis Sacriste usque Sinodum post festum Sci. Luce preter staur.		4	10½
	Item solut. Feretrario socio Sacriste Vestiario Thesaurario ex consuetudine in eadem sinodo		13	4
	Item in expens. Sacriste versus Sinod. post festum Sce. Trinitatis preter staurum		5	
	Item solut. Feretrario socio Sacriste et Vestiario de consuetudine		3	
	Item solut. Elemosinario pro utraque Sinodo preter staurum		10	
	Item eidem pro fratre Johanne de Deneuer defuncto		5	
	Item eidem pro Anniuersario Eustachii Epi.	1		
	Item solut. Roberto de Staunford et Matilde uxori eius pro relaxacione dotis in villa de Meldebourne	5	0	0
	Item solut. cuidam garcioni deferenti unam leteram London pro dicto negocio		1	
	In secta facta pro taxacione redditus in Teuersham		13	4
	Item dat. Roberto Fauset de Salle pro libertat. eiusdem loci		1	
	Summa ix*li.* xiij*s.* ix*d. ob.*			

		£	s.	d.
Den. lib.	Liberat. Simoni seruienti Grangie pro stipendio autump.	9	10	7½
	Item lib. apud la Bertone ex curialitate in autumpno		14	4

Summa x*li.* iiij*s.* xj*d. ob.*

Summa omnium expensarum et liberacionum pro consuetudine officii

£ d.
clxxvij—xix.

Custus Noui Operis.

Petr. empt.	In petr. empt. de Petro ut patet per parcell.	32		10
	In petr. empt. de Roberto ut patet per parcell.	10	4	11¼
	In curialitate dat. eidem		3	4
	In petr. empt. de Thoma Sondy ut patet per parcell.	11	16	8½
	Item in petr. fodiend. pro le fillynge et frangend. cum ferramentis fact. de ferro Domini preter stipend. fabri et cariagium	4	8	¼
	Dat. fodient. petr. ex curialitate			7

Summa lviij*li.* xiiij*s.* v*d.*

Empc. calc. et arene.	In Lxx fother xij buss. calc. empt. ad diuers. prec. ut patet per parcell.	7	6	4
	Item in .. .. fodiend.		1	

Summa vij*li.* vij*s.* iiij*d.*

Minut. noui operis.	In emendac. fundarum			5
	In skepp. empt. per vices		1	
	In cribro empt. iij*d.* In cribr. emend. ij*d.*			5
	In situla empt.			3
	In ij lign. empt. pro cuuis emend. et aliis vasis			2
	Item in circul. empt. iiij*d. ob.*			4½
	In j magna cuua et iij minor. cuuis j doleo pro fonte j magn. rot. circuland. per vices et emendand.		2	7
	In tribulis et vangis empt. per vices		1	
	In tribul. ferrand. de ferro Domini			2½
	In ceneuectoriis empt. per vices		2	11
	In gathis empt.			8
	In virg. et wyth. empt. pro steyryng per vices		10	4
	In xxiij petris et dimid. canob. empt. pro cablis faciendis	1	3	9¼
	In factura earundem		6	8
	In slyngeropis empt.		1	
	In ferr. de Spanye empt. per vices cum carriag. tronag. et portag. ut patet per parcell.	1	4	5

	£	s.	d.
In stipend. fabrorum facient. ij Barres cum expensis eorundem		18	4
In carbonibus emptis pro eisd. faciend.		1	11¼
In ferro empt. per vices pro craumpounys boltis carris et picoysiis faciend. et emendand. cum cariag. eiusdem ut patet per parcellam	1	10	¼
In acero empt.		2	3
In craumpounys boltis ad le filiol. fabricand. bossis ligand. picoysiis fac. et emendand. cum fabricacione vertinellorum et aliorum ferrament. pro le palis extra hostium ecclesie de ferro domini per vices ut patet per parcell.		11	10
In j serura empt. pro dictis palis			1¾
In v petris dim. picis empt.		3	
In caneuac. empt. pro Roberto Cementario		7	7
In oleo empt. pro ymaginibus depingend.		2	7
In lesc. empt. pro nouo opere cooperiendo		5	6½
In i coopertorio conduct. ad idem per v dies dimid. capient. per diem iij*d.*		1	4½
In vitro empt. per vices ad diuersa precia ut patet per parcell.	2	17	10
In diuers. color. empt. per vices pro vitro colorando			5¼
In uno vaso empt. pro vitrario			1
In viij M. magn. spikyng et minor empt. ad diuersa precia ut patet per parcell.		19	4
In ij M. de splettenail ij*s.* vj*d.* In ij M. de lednail empt. ij*s.* ij*d.*		4	8
In minutis clauis faciendis			1
In ferramentis cementar. acuendis et cum acero domini ponendis per ann.		5	7
Dat. garcionibus deferent. petras per vices ex curialitate domini			..
In allocacione j camere pro Magistro Joh. Cementario ex conuencione		11	9
Summa xiij*li.* xxiij*d.* *q.*			

Et memorandum quod debent hic inseri L*s.* pro cariagio dicti operis de quibus computat Simon seruiens Grangearum in compoto suo preter frumentum dat. [in usum] carectariorum viz. v quar. vij buss. iij pekkis prec. quart. iij*s.*

merem. et bord. empt. viij li. iij s. q. In Lxxvij lignis quercinis empt. apud Sterisbrigiam cum cariag. eorundem usque Ely	6	15	7¼
In bord. empt. pro le palis extra hostium ecclesie		10	
[Erased.] [Item in bord. empt. pro seld. fac. ad cementar. viij*s.* In cariag. et portag. eiusdem vij*d.*		8	7]
In bord. empt. pro moldis cementar. et pro aliis rebus faciendis cum cariagio et portagio		8	5
Summa vij*li.* xiiij*s.* *q.*			

		£	s.	d.
Rob. empt.	In iij Robis empt. pro Magistro Johanne Cementario Thome Carpentario Petro .. .. cum iij fururis empt. ad eosdem In [tonsione] dictarum robarum	2	5	9
	In ij Robis empt. pro Joh. de Wiltone cementario et Roberto pictore cum tonsione	1	2	6
	Summa iij*li.* viij*s.* iij*d.*			
Stipend. et Vadia.	In stipend. Magistri Johannis Cementarii per annum preter vadia ex conuencione	2		
	In vadiis diuers. Cementar. per annum ut patet per parcell.	22	2	5½
	Item in vadiis et stipend. diuers. operar. ut patet per parcell.	7	9	5
	In curialitate dat. Cementar. per vices pro archag. et pro potacione		6	9
	Summa xxxj*li.* xviij*s.* vij*d.* *ob.*			
Expens. for.	In expens. Sacriste eunt. apud Sterisbrig. pro meremio bord. clau. et aliis necessariis ibidem emend. ad nouum opus preter staurum		3	6¼
	Item in expens. eiusdem eunt. apud Lenne per ij vices pro diuersis rebus emend. ad nouum opus preter staurum		17	5
	Summa j*li.* xj*d.* *q.*			

Summa Noui Operis £ cxxiij—s. v—d. vj. q.

Summa omnium expensarum et liberat. tam pro officio quam pro nouo opere

£ ccc—s. vij. [ob.]

Sic excedunt expense receptas

£ xxxvj—d. xx. ob.

Receptum Fratris Alani de Walsingham.

De Grang. de Ely
De Wynteworth
De arrerag. Ricardi Bercar. prepositi ibidem de compoto suo anni prec.
De terr. in Dounham
De pensione ecclie. in Dounham
De Stunteneye (Dexter side dilapidated)
De Magno altari scilicet de visitacione
De Feretris
De Altari ad crucem (Dexter edge torn off)
De ecclesia Be. Marie
De cruce ad fontem
De Boiis
De ecclesia Sci. Andree Cantebrig. dimiss. ad firmam
De Tydbreye preter liber. ad hospicium grangie in autumpno in exp. conuentus
De terr. et tenement. in Meldebourne dimiss. ad firmam

Summa ccxj*li.* iij*s.* iiij*d.* *q.*

De Garbis
De redditu de Ely (Dexter side dilapidated)
De firma domorum
De molendino de Wychford
De molendino equino
De decima lini vendit.
De lana vendit. de decima de Ely
De lana vendit. de Wynteworth
De pell. lanut. et pelett.
De granario Cantebrig.
De seldis Cantebrig.
De seldis ad magnam Ripam tempore Nundinarum
De Luca de Ouere in Elm
De terra Mathei Cristien quam Sorel tenet
De tenement. in Tyd
De Hakebeche pro tenemento quod Adam Hyptoft tenet
De Radulpho de Flete
De Roberto filio Edmundi
De heredibus Will. Malebranche
De firma de Salle
De firma de Lakynheth (Dexter side dilapidated)
De Karewere
De reddit. de Waldethe in Suttone
De magno ponte cum prato
De decimis molendini Epi. cum molendino aquatico
De decimis molendini dudum Andree de Ely

De reddit. Sci. Botolphi
De minutis decimis et oblacionibus
De decimis piscacionum
De iurisdictione pro testament. proband. et correctionibus
De c cereis dimissis
De Celerario pro minucionibus fratrum
De Piscacione calcet. de Stunteneye

Summa xxxiij*li.* iiij*d.* *ob.*

Recept. pro nouo opere

De executoribus magistrorum Johannis et Roberti de Lacy xx*li.*

De extraneis ad nouum opus xx*d.*

£ s. d.
Summa xx—j—viij.

£ s. d.
Summa tocius recept. cclxiiij—v—iiij. ob. q.

Compotus Fratris Alani de Walsingham Sacriste Eliensis de omnibus [receptis et expensis factis in officio Sacristarie a festo] Sci. Michaelis Anno regni Regis Edwardi tercii a conquestu octavo [usque idem festum proximum sequens].

		£	s.	d.
	In excessu compoti anni prox. precedentis	78	15	10
	Summa lxxviij*li.* xv*s.* x*d.*			
Redd.	Solut. Bedello Dni. Episcopi per annum		13	9
	Item pro terris in Dounham per annum xl		..	..
	Item [pro seldis de nouo perquisitis] infra murum Sacristarie que quondam fuerunt Ricardi de.....		..	..
	Item solut. [Custodi Altaris Beate Marie] .....monialibus Sancte Radegundis de Cantebrigia		..	..
	Summa xxv*s.* iij*d.*			
Allocacio redd.	In allocacione redditus tenementi quondam Henrici de Stapilho quia non potest distringi			5
	In allocacione redditus ten. (A line through)		..	..
	Summa v*d.*			
Allocacio firme domorum.	In allocacione tenementi ubi Johanna le Bray manet		2	4
	In allocacione ten. capellani parochialis maioris Ecclesie in Ely per annum		8	
	In allocacione ten. Capellani Ecclesie Beate Marie in Ely per ann.		3	
	In allocacione ten. quondam Thome Capellani in Swalewislane quia non potest astringi		4	
	Summa xxix*s.* iiij*d.*			
Expens. Domus.	In ix. quart. salis empt. pro expensis hospicii prec. qr. ij*s.* vij*d.*	1	3	4
	Item in j bou. empt. pro lardario in Nundinis Sce. Etheldrede	1	11	6



Tyndall, Ely.

From Roll vj.—Expense domus.
Mem. quod viij Carpentarii, etc.
Expense Camere, etc.

	£	s.	d.
In v kempis Allec. rub. empt. pro eodem	1	5	8
In pisc. dur. empt. xvj*s.* vj*d.* in pisc. sals. empt. xv*s.*	1	11	6
In carnibus et pisc. recent. empt. per vices cum aliis cibis necessariis ut patet per ebdomad.	2	13	9½

preter staurum videlicet xxxj qr. v bs. frumenti lxv qr. dimid. brasii l bouem i aprum xliiij porcos iiij^{xx} i porcellos iiij^{xx} ij aucas

Mem. Mem. quod viij carpentarii steterunt in mensa cum famulis Dni. per ix septimanas pro exaltatione magnarum postium in novo choro.

Summa viij*li.* v*s.* ix*d.* *ob.*

Expens. camere cum expens. autumpni.

	£	s.	d.
In pisc. dur. et sals. empt. in grosso per vices	2	1	
Item in expensis factis in Camera Sacriste per annum pro conuocatione fratrum et parochianorum facientium ceram Magistri Willelmi Carpentarii et diuersorum extraneorum conuocatorum per vices pro negociis officii una cum expensis autumpni cum quibus computantur expense famulorum hospicii per v septimanas ut patet per parcell.	3	17	9

Summa cxviij*s.* ix*d.*

Expens. minutor'.

	£	s.	d.
In expensis fratrum minutorum per ix vices. una cum convocacione dni. Prioris una vice ut patet per parcell. unde celerarius soluit xxxiij*s.* x*d.*	3	7	8½

Summa lxvij*s.* viij*d.* *ob.*

Convocacio Conventus.

In conuocatione conuentus hoc anno nihil propter nouum opus.

Exhenn.

	£	s.	d.
In vino empt. pro exhenniis missis dno. Priori et aliis sociis suis per vices preter vinum empt. in grosso ut patet inferius		4	9½

Summa iiij*s.* ix*d.* *ob.*

Pitanc.

	£	s.	d.
